

Johann Bacmeister

**Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, Phil. & Med. Doctor & Professor. Ad Exequias funebres quas Virgini ... Reginae Eleriae Moestißima mater hodie ad horam mediam primam paratas cupit, Omnes omnium ordinum cives Academicos officiose & amanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1629

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751427373>

Druck Freier  Zugang



**Bacmeister, J.,**


in

**R. Eler.**

Rost. 1629.

18







RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
JOANNES BACMEISTERUS,  
Phil. & Med. Doctor & Professor.

Ad  
Exequias funebres

quas  
Virgini lectissimæ & pudicissimæ,

REGINÆ  
ELERIÆ

*Mæstissima mater hodiè ad horam mediam  
primam paratas cupit,*

Omnes omnium ordinum cives Aca-  
demicos officiosè & amanter invitat.



ROSTOCHI  
Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog.  
ANNO MDCLXXIX.

RECTOR  
ACADEMIE ROSTOCKENSIS  
JOHANNES BACHMEISTERUS

Phil. & Med. Doctor & Professor

Expeditis finibus

REGINA  
ELISABETHA

Maximiliana mater hodie ad horam mediam  
primam hanc signavit

Omnes ordinum ordinum omnes  
dominos officios & mandata invitat



Rostochi  
Typis Joachimi Pedani Acad. Typog.  
Anno cl. 1699



RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,

JOANNES BACMEISTERUS,

Phil. & Med. Doct. ac Professor.



Ristoteles ille Philosophorum princeps lib. 5. de hist. animalium auctor est, Hyppanin fluvium apud Cimmericum Bosphorum, circa solstitium æstivum proferre quasi folliculos acinibus majores, è quibus bestiolarum quadrupedes & volatiles erumpant, quæ ad pomeridianum usque tempus circumvolitent & vigeant: descendente jam sole marcescant & langueant: occidente verò moriantur & inteteant. His cum bestiolis vitam hominis, si quis eam diligentius apud animum expendat suum, & penitus introspiciat, scitè admodum & venustè, comparari posse manifestum est. Ut enim a-

A 2

nimal-



nimalculum hoc saltem est <sup>τὸ δὴ μὲν</sup>, undè quidem & apud Græcos nomen suum accepit: ita hominis vita terminis circumscribitur angustis imis & brevissimo temporis spatio clauditur, etiam in iis, qui ad decrepitam usque senectutem provehuntur. Idipsum cum intelligeret Pythagoras, sciscitanti quanta nam esset hominis vita: se parumper conspiciendum exhibuit, tum petens latebras vitæ nostræ mensuram conspectu momentaneo designavit. Et Demetrius Phalereus Euripidem Poetam aliàs gravissimum taxasse scribitur, quod vitam & felicitatem hominis potius <sup>ἡμετέραν μίαν</sup> quam <sup>ἡμετέραν</sup> nuncupasset: quamvis ne puncti quidem instar habeat, si ad immortalitatem comparetur. Deindè sicut ex illis bestiis, quædam citius tabescunt quædam occidunt paulò serius, quæ ad noctis usque crepusculum fortè sunt superstites: eundem ad modum, inexorabilis, ut cum poetis loquamur, Atropos filum illud fatale, de quo vita nostra suspensa libratur, vel secat celerius, vel aliquantò tardius abrumpit, nec interest, pullum sit an candidum, humile aut sublime elatum. Sunt, quos in cunis vagientes, maternis ab uberibus, mors abripit: alios, vix pubescentes, è medio


dio tollit: hos vis <sup>ven</sup> aetatem ingressos, non si-  
ne violenta quadam <sup>obitu</sup> perimit: illos lenta-  
<sup>re</sup> postquam consenuere, conficit: quæ  
<sup>in</sup> scrupulum iis potest injicere, qui sa-  
cræ in imperiti litterarum, solius Philoso-  
phiæ crepidinibus adhærescunt. Si enim est a-  
liquod numen præstantissimæ mentis, quod  
hæc mortalia regit, & dirigit omnia: Certè æ-  
quissimum esse putant, ut omnes, qui hunc tra-  
hant spiritum, æquè cum malis hujus vitæ, quæ  
<sup>æ</sup> exercentur, tum eisdem bo-  
nis, quæ non omnino nulla, cumulentur: illam  
verò moriendi & vivendi inæqualitatem, ab  
iniquitatis crimine vix liberare posse suspican-  
tur. Verum nos quibus pulsa gentilitatis no-  
cte Sol ille justitiæ est exortus è sacris didicimus  
scripturis: mortem omnem, inquamcunque,  
etiam aetatis nostræ partem cadat, vel esse præ-  
properam & intempestivam, vel maturam &  
prorsus opportunam. Præproperam quidem  
& intempestivam, si quis impiè vitam claudat  
suam, & curriculum hoc mortale, in morem  
funestæ cujusdam Tragædiæ conficiat, licet vel  
trecentos cum Nestore vivat annos, vel Sybil-  
lam Cumæam aetate superet; maturam autem  
& opportunam, si fide Christo inserti, beatas ex-  
hale-

halemus animas, & felici Cælestrophe nostram  
hanc peregrinationem finiamus, quamvis in  
primo statim, hujus vitæ mortalis limine sar-  
cinulas nostras colligere, & aliò migrare iubea-  
mur. Hac omnia & his similia, cum ad prohiben-  
dam securitatem, tum ad alendam pietate-  
tem in aliorum funeribus nobis in memoriam  
revocare debem9, & occasionem hujus rei nobis  
præbet, virgo pudicissima, pia, casta, & omnium  
virtutum virginaliũ decore ornatissima **REGI-  
NA ELERIA**, quæ hujus lucis usura primũ frui  
cepit Anno 1604. 24. Maij nata ex præclaris &  
præcipuæ notæ parentibus patre **JOHANNE  
ELERS**, judicij quondam provincialis & Con-  
sistorij ducalis, in hac nostra Megapoli per ali-  
quot annos Protonotario fidelissimo; matre ve-  
rò **CÆCILIA KOPES**, jam secundum mœ-  
stissima vidua: Patre verò carissimo, cum de-  
functâ hæc nostrâ, in prima infantia orbata, &  
matre prædictâ ad secuuda vota, cum pruden-  
tissimo & doctissimo Viro, Dn. **JOHANNE  
BERNHARDO BUCHIO**, qui anno proximè  
præterito, mense Octobri in vivis esse desiit,  
trans eunte, vitricum nacta esset; is eam non se-  
cus, ac ex se nata fuisset amavit, & unâ cum ma-  
tre sollicitè educavit. Avitam familiam traxit.

ex

præcipuis florentissimæ Reipub. Hambur-  
gensis CÆLIERUM & COPIORUM familiis. Avum  
enim paternum habuit GEORGIUM ELE-  
RUM civem & mercatorem perquam celebrẽs  
aviam vero ANNAM Stemmelmans/ opti-  
mam matronam; Avus maternus ipsi fuit HEN-  
RICUS KOP, civis quoq; & mercator Hambur-  
gi primarius; savia verò ANNA BERENS, iti-  
dem matrona omnibus virtutibus, sexum illum  
decorantibus, maximè conspicua. Sorores  
germanas habuit duas, & unicum fratrem non  
longè post natiuitatem extinctum; quæ adhuc  
per Dei gratiam sunt superstites. MARGARE-  
TAM JOANNI RUNGIO & ANNAM,  
MARQUARDO GERDESI, iam piè defuncto,  
viris in hac civitate primariis & patris, matri-  
monio junctas, & unam uterinam CATHARI-  
NAM CHRISTINAM BUCHIAM, quæ o-  
mnes, unà cum tristissima matre sororem hanc  
carissimam sibi tam inopinatò ereptam animi-  
tus dolent. Sed modum dolori ponent, & certò  
statuant benè cum ipsa actum, quod multis do-  
loribus, molestijs, calamitatibus & curis, quibus  
turbulentissimis hisce & calamitosissimis tẽpo-  
ribus, expositi & obnoxij sumus subtracta & ad æ-  
terna beatitudinis & felicitatis gaudia sit trans-  
lata;

lata; sibiq; accommodent, in tantum hunc calu-  
legans illud Cypriani dictum; non esse lügen-  
dos accensione Dominica, ex hoc seculo. bea-  
tos, cum sciamus non eos amitti, sed præmitti,  
recedentes præcedere, ut proficiscentes & navi-  
gantes, desiderari eos debere, non plangi, non  
accipiendas hic esse atq; vestes; quando illi sibi  
alba indumenta jam assumpserint. Cum au-  
tem exuvia, beatæ hujus animæ, quæ in vera  
agnitione, fide & invocatione filij Dei à corpore  
suo discessit, & propterea nunc in manibus  
jusdem lata quiescit, hodiè hora media prima  
terræ omnium matri reddenda sint; omnes o-  
mnium ordinum dives hujus Academiæ, Domi-  
nos Professores, Doctores, Ecclesiæ ministros,  
Magistros & Studiosos adolescentes, officiosè &  
peramanter rogamus & hortamur, ut in hono-  
rem honestissimæ familiæ dicta hora in templo  
D. Mariæ haud gravatum convenire, deductio-  
ni funeris frequenter interesse, & se ac utriusq;  
Reipub. tam literariæ quam civilis salutem piis  
precibus Deo opt. max. quàm diligentissimè  
commendare velint. P. P. sub sigillo Rectora-  
tus nostri 9. Junij Anno cæs. 1639. CXXIX.






GK







præcipuis florentissima Reipu  
gens CLERIORUM & COPIORUM fam  
enir paternum habuit GEORGE  
RU civem & mercatorem perqu  
aviam vero ANNAM Stemm  
mari matronam: Avus maternus ip  
RICUSKOP, civis quoq; & mercat  
gi primarius; savia vero ANNA Bl  
dem matrona omnibus virtutibus,  
decorantibus, maximè conspicua  
germanas habuit duas, & unicum  
longè post natiuitatem extinctum  
per Dei gratiam sunt superstites M  
TAM JOANNI RUNGIO &  
MARQUARDO GERDESI, iam  
viris in hac civitate primarius & pa  
uonio junctas, & unam uterinam  
NAM CHRISTINAM BUCHI  
mnes, unà cum tristissima matre se  
carissimam sibi tam inopinatò ere  
rus dolent. Sed modum dolori pon  
statuant benè cum ipsa actum, quod  
loribus, molestijs, calamitatibus &  
turbulentissimis hifce & calamiro  
ribus, expositi & obnoxij sumus sub  
terna beatitudinis & felicitatis gau



the scale towards document